



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Feria quarta in capite ieiunij: de iustificatione impij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

Conuertimini

ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu et planctu et scindite corda vestra Jo. xel. ij. Postquam natura humana cecidit in miserandam seruitutem peccati. et sensus naturalis est facta rebellis rationi propter infectam et corruptam culpam et radicem primorum nostrorum parentum. Non est necessarium homini constituto in presentissima solitudine et valle miserere: dare operam in exercitio corporalibus: sicut et spirituali ad promerendum finale premium celestis regni figura. Sen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es et in puluere reuertaris Et ecclesia hodie super caput d. Memoro quia cinis es etc. Et hieronimus ad thesaurum. Tepidum discipulum non amat christus. De qua penitentia. Mat. iij. penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Luce. iij. facite fructus dignos penitentiae. Unde thema. Conuertimini ad me. ¶ Primo in ieiunio Orig. super Leui. c. xv. Quod gula peccauit: ieiunium corrigat. Sula clausit nobis celi portas sed ieiunium nobis aperit illas. Ecclesia. Patris radii portas aperit nobis ieiunium tepus Ad quod inducitur exemplo Moyse. Et d. xij. qui. xij. diebus et noctibus ieiunauit ut meretur accipere legem dei. Exemplo helie de q. iij. reg. qui. xl. diebus peregrinatus est cum ieiunium usque ad montem dei orat. Exemplo. Ninuitarum. Jon. iij. qui xl. diebus ieiunauerunt ad misericordiam promerendam. Exemplo christi Mat. iij. q. xl. diebus et noctibus ieiunauit In exemplo otium nostrum: Ideo dicit. In ieiunio et fletu Mat. v. Beati qui lugent etc. et Joh. xij. Tristitia vestra scietur in gaudium. Eze. xviij. In qua cumque die conuersus fuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor Et scindite corda vestra scilicet per con-

tritionem. Job. xij. Loquar in amaritudine anime mee dicam deo: noli me condemnare. Esa. xxxvij. Recogitabo tibi omnes annos meos etc. Iohannes dominus ait ecclesia de peccatorum conuersione clamat in epistola. Conuertimini ad me etc. Cum qua epistola est euangelium. Mat. vi. Thesaurisate vobis thesauros in celo. quod fit per conuersionem qua mundatur anima a peccatis iuxta eundem faciem suam laua. i. conscientiam de qua conuersione et impij iustificatione trita sunt videnda.

Primum dicitur definitionis
Secundum dicitur dilectionis.

Tertium dicitur conditionis

Primum dicitur etc. Tho. i. q. cxij. in iij. di. xvij. Ric. in. iij. dist. xvij. ar. iij. q. ij. Conuersio est motus libere voluntatis a deo ad detestationem peccati in salutem eternam. Ubi notum philosophum. v. phis. q. in omni motu sunt duo termini. terminus a quo et terminus ad quem. Terminus a quo. i. a loco et terminus ad quem. i. ad locum. Ad propositum. Sic in motu spirituali est terminus a quo. i. a statu peccati mortalis. et terminus ad quem id est ad statum gratie Iohannes dominus conuersio est motus libere voluntatis quia quantumcumque in conuersione peccatoris concurrat diuina gratia que est principium huius iustificationis. iuxta illud. Gratiam et gloriam dabit dominus. tamen requirit liberum arbitrium hominis. quod dicit Augustinus. li. de lib. arbi. c. ij. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te: ideo dicitur libere voluntatis. ¶ Sequitur a deo quia conuersio ista non potest esse sine gratia. Jo. vi. Nemo potest venire ad me: nisi pater meus traxerit eum. Jo. xx. Sine me. i. sine gratia mea nihil poteritis facere. Osee xij. Perditio tua israel tamen modo in me auxilium tuum Sequitur ad detestationem peccati. quia contritio est necessaria ad peccatum De qua Tho. de malo. q. vij. ar. xi. ad tertium. Nullus habens usum liberi arbitrii potest inchoare nouam vitam que est per gratie infusionem: nisi appetat amare gratie bonum

Feria quarta

num. et ideo oportet quod detestetur omne malum repugnans. gl. sup illud. Sacrifitium deo etc. Spiritus contribulatus et contritus est sacrificium quo peccata solvuntur. ¶ Sequitur in salutem eternam. Ad hoc homo conuertitur ut paradysum inueniat. Conuersio est motus etc. Totam definitionem replica. In quibus vobis sunt sententiam theologorum ponotres conclusiones declarandas. Prima dicitur creationis. Secunda dicitur suscitationis. Tertia dicitur subiugationis. Prima etc. Opus creationis est magnum opus quod soli deo conuenit. ps. Terram et mare tu creauit. Quia creare est ex nihilo aliquid facere: et de non esse produci ad esse. quod nemo potest nisi solus deus. An phis. viij. phis. Ex nichilo nihil fit. Quod opus creationis fuit tante admirationis apud philosophos ut dicerent mundum esse eternum. ex cepto Platone: qui magno animo protestatus est factum esse a deo iuxta illud. Senecis. i. In principio creauit deus celum et terram. Contrarium censuit Aristotele. in multis locis. In viij. phis. Mundus est eternus. In xi. Metha. Motus celi est eternus. In primo celi Celum est ingenitum. Que opinio est falsa. Ad oppositum nostrum. Maius est iustificatio peccatoris Augu. sup illud Job. xij. Maiora horum faciet. Maius est ut ex impio fiat iustus quam creare celum et terram. et hoc est secundum Tho. i. ij. q. cxij. ar. ix. duplicatione. Primo ratione permanentie. Secundo ratione repugnantie. Primo etc. Quia iustificatio impiorum terminatur ad bonum gratie: creatio autem celi ad bonum nature. Esse autem gratie: est nobilius quam esse nature. igitur opus creationis est maius. Ideo Augusti. cum dixisset. Maius est ut etc. Subiunxit dicens. Celum et terra transferuntur. scilicet quo ad qualitates accidentales. predestinatorum autem salus: et iustificatio permanebit. ¶ Secundo ratione etc. In creatione totius vniuersi nulla fuit repugnantia patris.

Dixit et facta sunt. Idem Omnia que ceteris voluit fecit in celo et in terra: scilicet in iustificatione impiorum concurrat liberum arbitrium sine quo nichil fit. glo. sup illud. Tresh. iij. Conuerte nos domine ad te dicit Sca dei non conuertimur nisi ex voluntate nostra conuertamur. In creatione mundi: nulla fuit repugnantia. Non enim sol: non luna: non stelle in sui creatione resisterunt deo dicentes. O deus me tali forma et specie facias: sed bene homo contradixit deo. Clamat deus concubinario. Sine concubina: auaro auaricia: usurario usuram tantum repugnat diuine voci et per patris manus opus est iustificatio impiorum quam creatio mundi. Unde Tho. iij. dist. xvi. ar. iij. Maius est iustificare impium quam creare celum et terram. Quia in creatione non est aliquid quod repugnet crescenti: cum sit ex nichilo. Sicut in iustificatione repugnat iustificanti inordinata voluntas. Ille. ¶ Secunda conclusio de etc. Suscitatio mortui est opus mirabile cum sit contra naturam. An phis in predicamentis. A variatione ad habitum non est regressus. et l. qui res. §. aream. ff. de solu. homo mortuus nunquam reuiuiscit. Unde paulus fuit derisus dum predicaret carnis resurrectionem. Act. xvij. Et plures facti sunt heretici propter hunc articulum. Sed maius opus est iustificatio impiorum et peccatoris. Sreg. iij. dyal. Maius miraculum est predicationis verbo atque orationis impium conuertere quam creare celum et terram. Ubi theologo volunt quod maius miraculum fuit conuersio pauli Magdalene Latronis: Mathei et aliorum peccatorum quam suscitatio: Lazari et aliorum mortuorum. Non immerito quia in conuersione peccatoris operis quod v. creatura de nouo suscitentur que sunt mortue. ¶ Prima est charitas: quia non diligit deum non ita ad diuinam: non amat proximum immo odit. ¶ Secunda spes: sperat in his que sunt mundi. ¶ Tertia non est in eo fides si crederet non peccaret. ¶ Quarto non est in eo obedientia: quia non facit diuina mandata faciendo peccatum. ¶ Quintus

non est in eo timor dei: quod est principium sapientie. ps. In initium sapientie timor domini. Tercia conclusio. Maius est homines conuertere quod totius mundi subiugatio. Et ratio est: quia multi subiugarunt mundum suo imperio: qui tamen a vitis subiugati sunt. Unde Petrus Raueni: sermone. xli. Bella gentium legimus superasse quod plurimos quos tamen legimus pugnas carnis non vicisse. Et audimus dedisse eos delictis pectora quod dorsa hostibus non dederunt. Item protholor victores gentium victorum captiuos: nationum dominos turpibus inseruisse criminibus Regnis fuisse terrori ludibrio fuisse peccatis. Ille. exemplis patrum. Primo de alexandro magno qui totum orientem vicit: circa. v. milia ciuitates. Vicit darium regem armenie: tamen seipsum non vicit: cum deditus esset vitio sodomie. Preterea. Q. Cecilius: qui philippum regem de macedonia vincit. Lurix: se non vicit. Preterea pompeius magnus qui duos reges superauit. se autem non: cum esset luxuriosus. Preterea Jason qui fuit tanti roboris ut nullum hominem armatum timeret tamen se non vicit: quia phillocaptus de femina Medea: rapuit eam a patria sua. Preterea de. M. Antonio. qui fuit magni ingenij: tamen in alexandria vestibus famulorum indutus noctu stabat per ciuitatem et domos: ut ponit Tranquillus et cleopatra eius femina sequebatur eum: pro qua ab Octauiano suo emulo occisus est. Preterea Paris quod rapuit helenam de grecia pro qua facta sunt tam longa et exilia bella inter troianos et grecos. Preterea hercules fortissimus grecorum qui in principio orientis et in fine occidentis figit columnas in signum victoriae: ut infra limites quasi mundus esset sibi subiectus. Qui dum esset paruulus duos leones occidit. Fecit comedi regem thracie dictum dyomedem iumentis suis: tamen non se vicit: quia amore dianire fecit officia mulieris: ut depositis proprijs vestibus indueret femineas et

filare visus est cum ea. De quo Lactantius. i. c. ix. hercules qui ob virtutem clarissimus quasi africanus inter deos habetur. Nonne orbem terre quem pagrasse ac purgasse narrat stupris libidinibus adulteris inquinauit. Sed ne illa quidem magna et mirabilia gessit: falsa iudicia sunt virtutibus diuinis tribuenda videantur. Ad sim vincte: iracundiam cohibere fortissimi est quod ille nec fecit vnde nec potuit. Ille exemplum ponit Suetonio. quod rome disputatum est. quid vitius esset inter homines. Respondit Leuissimus quod auaricia: quia auarus habet oculos ad omnia. Quot oua. quot sal. quot oleum. quot acetum est in barila. Alius democritus quod erat luxuria: eo quod pro modico delicto fatuus fiebat. Tertius Eliobolus quod homo erat qui capax rationis a feruente et scilicet sensualitate sinebat superari rationem que dominari dabebat: et pro consequens nihil fortius in mundo homine qui passiones submittebat rationi. Unde philosophus nulla prestantior victoria quam sibi imperauisse. Accipe hanc conclusionem o christiane. Si subiugas tuas inclinationes. Intra auariciam. inuidiam: et huiusmodi: plus facis quam karolus in francia. Alexander in oriente. Unde Seneca. Nulla maior victoria: quam vitia domuisse. Idem magnus imperium regit qui sibi dominatur. Idem. Multos enim rexeris si ratio te rexerit. Idem. Si vis omnia tibi subicere: subice te rationi. Unde patrum primum.



Secundus dicitur.

dicitur et. Dubium queritur. Qui sunt implus dilecti a deo an iusti innocentes: an peccatores conuersi. Duplex opinio. Prima innocentium. Secunda penitentium. Pro innocentia. Johannes baptista aduocatus in phisitorio trinitatis arguit triplici medio quod innocentes plus diliguntur. Primum est. Illud quod est pulchrum et bonum a deo

bij.

Feria quarta

pl^o diligitur. Dion. iij. de di. no. Pul-
 chrum et bonum omnia desiderant.
 Innocentia est pulchrior q̄ pnia: igit
 Secundum est in. viij. Eth. Simili-
 tudo est cā amous: innocentia est ma-
 gis silis deo q̄ pnia: cū deus sit sum-
 ma puritas. igit plus diligit puros.
 Prouer. xij. Qui diligit cordis mudi-
 cia diligit a dño. Tertium est tale.
 7 mor est reciproc^o. Pro. viij. Ego di-
 ligetes me diligo. Sen. Si vis amari
 ama. Innocentes pl^o te amat q̄ pctō-
 res: igit plus diligunt a te: o deus be-
 nigne. Pro penitentia arguit Petr^o
 di. O de^o nūq̄ fui ad scolas sicut Johā-
 nes baptista: tñ audi me fm iudicij
 meum. Quare incarnatus es: quare
 mortuus. vere p pctōribus non pro-
 iustus. Aug. Nulla cā fuit ueniedī ipō
 domino: nisi pctōres saluos facere.
 Tolle morbos: tolle vulnera: 7 nulla
 erit causa medicie. Dan. i. sequētis.
 Nec abhorres peccatores sine quib^o
 nunq̄ fores tanto digna filio. Respon-
 det Tho. i. parte. q. x. ar. x. m. i. ij. q. i.
 ar. vij. Ric. i. iij. Illi sunt magis dile-
 cti: qui plus habent de grā dei. Un li
 plus innocens habeat de gratia q̄
 penitens erit magis dilectus a deo: 7
 econtrario tñ ceteris paribus. Si in-
 nocentia comparetur pnie: innocētia
 est dignior q̄ pnia. 7 pñr plus dilecta
 q̄ innocētia habet pñm accitale
 7 aureolā: que est quoddā gaudiuz
 accitale qd non habent penitentes.
 hoc bonuz habet Lucia virgo qd non
 hz magdalena: 7 innocētes q̄ peni-
 tentes. Sed tñ accidere pōt q̄ penitē-
 tes feruentius 7 calidius resurgant
 a pctō: 7 cuz maiori charitate operā-
 tur q̄ innocētes. Isto modo peniten-
 tes erunt a deo magis dilecti q̄ inno-
 centes. ¶ Que conclusio pbatur. Ratio
 ne auctoritate: exemplo. Primo ratio-
 ne que fundatur super philosophuz.
 viij. phisicoruz. Ad qñ sūt aliq̄e cau-
 se posite qvna depēdet ab alia. Una
 posita: ponit et reliqua. Exēpli gra-
 tia. De arboze in qua sunt folia 7 fru-
 ctus. Posita radice ponuntur omnia
 ista. Ad ppositum. Radix omniuz bo-
 norum est charitas. Greg. Nec habet
 aliqd viriditatis ramus boni operis
 nisi manserit in radice charitatis.
 Ideo ipa posita ponunt omnia bona.
 Formetur ergo sic ratio. Ubi maior
 charitas: ibi maior grā. Ubi gratia:
 ibi merituz. Ubi merituz: ibi maius
 premium. De primo ad vltimum. Ubi
 maior est charitas. ibi est maius pre-
 mium et quis penitentes cōmuniter
 surgūt cuz ignita charitate: et in vis
 incedunt feruentius q̄ innocētes.
 igitur erūt magis dilecti. Unde ap̄ls
 Romā. 7. Ubi abundauit delictuz su-
 per abundauit 7 gratia. Exemplifica-
 de paulo qui factus est vas electio-
 nis. De petro: qui vicarius christi.
 De publicano: qui euāgelista. De la-
 trone qui paradisu. De dauid eximio
 pphetarū. De August. q̄ lūmē eccle-
 sie. De franco: qui lumen humili-
 tatis. De Alber. qui monarcha phi-
 losophorum. ¶ De Magda'ena. que
 apostolorum apostola. Ideo vbi abun-
 dauit delictum. Replica. Et Augu-
 in manuali. Peccavi pctm grāde: et
 multoz sum mihi conscius pctōz nec
 sic despero: quoniā vbi abundauerūt
 delicta: superabundauit 7 gratia. Et
 Grego. in omel. de. c. Quibus. Maius
 de peccatore conuerso: q̄ de fratre iu-
 sto gaudium fit in celo. Et Criso. Ta-
 lis crede mihi: talis ē erga homines
 dei pietas: vt nunq̄ spernat peniten-
 tiam. si ei sincere offeratur: etiā si ad
 summum quis perueniat malorum 7
 inder tamen reuerti velit. suscipit des-
 us illum libenter et amplectitur. Ut
 patet extra de sum. trinita. 7 fi. caa
 tho. c. Firmiter. De hereticis. c. Sus-
 per eo. Et Mat. xxi. Amen dico vos
 bis: quia publicani et peccatores pre-
 cedent vos in regno celorum. Et Luc
 ce. xv. Dico vobis q̄ ita gaudium er-
 rit in celo super vno peccatore peni-
 tentiam agente: q̄ supra nonaginta
 nouem iustis qui nō indi. pe. Et B. scs

Ianus. Amplior est gloria in regno celesti de conuersione spiritus vnus peccatoris: q̄ de nonagintanoue electis. Ad hoc facit exemplum ecclesie. que ad consolationem peccatoru tres frequenter legit. Euangelij: Matth. Epistolas Pauli. ps. Dauid. Et ratio huius est: vt nullus peccator desperet de misericordia: q̄ tuncing sit magnus peccator. Omne enim peccatum committitur aut ex infirmitate. vt Mat. lucrum. Aut ex ignorantia: vt Paulus. Aut ex malitia: vt Dauid: vt ostendatur q̄ nemo desperare debet de dei misericordia. ppter peccata supradicta. Ideo hor. dicta sepe recitantur. ¶ Que conclusio probatur figura filij pdigi. Luc. xv. Qui a patre recedens: substantia sua dissipauit viuendo luxuriose. Secundum Alber. hoc peccatum dissipat quattuor bona. Primo substantiaz temporalium. Proder. rix. Qui nutrit scortuz pdet substantia. hodie scortuz recipit manicas rubeas: cras par increpidaruz: alia die vestem. fustaneum: camillas. Et filij et vxor moriuntur. Exemplum illi vxoris. que scarpam viri ferebat in pede. aliam mulieris. exinopia. Concubina vero mariti triumphabat. Quattuor sunt insatiabilia. Terra sicca. ignis. inferni mala mulier. Et quattuor sunt que hominem expellunt de domo. Ientis: aqua: fumus: mala mulier. Unde quidam presbyter florentie. in. s. Liberta dum cantaret letanias. A fulgure et tēpe. Ab omni malo: interposuit alta voce. A mala muliere libera nos domine. ¶ Secundo dissipat vitam corporalem: quia ipsum corpus cito deducit ad consumptionem. Sen. Plures occidit voluptas: q̄ gladius. O pater: filius noster mortuus: est iuuenis scorti merito. ¶ Tercio gloriam mundialem. Salomon adoratus scientia: qui disputauit. v. milia parabolas. iij. milia. puer. et in toto mundo honoratus. Tamen dicitur

de eo. Ecclesi. xlvij. Inclinaisti femora tua mulieribus: dedisti maculam gloria tua. Scdm leges antiqs. Nemo debet pmoueri ad officiu ciuitatis qui sit cōcubinari publicus. Clama hic ptra officiales. ¶ Quarto gram spiritualem. Sen. vi. Non requiescet spiritus me⁹ id est gra mea in homie quia caro est id est carnalis. Ad ppositum. Reuersus est ad patrem: veniam petens. Pater inquit peccauit. Ch. iij. signis amoris ab eo susceptus est Primus: quia pater ipsum videns: misericordia motus est. Secundum quia brachia ad collum posuit. Tercium quia osculatus est. Quartus magnum festum fecit fieri. Moraliter. Paterfamilias est deus: qui duos filios id est populos hz. s. innocentem et peccatorem. Peccator a sit p pctm a deo recedit: et ita ad longinquas pres iuxta illud. Longe a pctōib⁹ salus. Dissipat bona gtuata. naturalia. spiritualia. In se aut reuersus p ptra: nē: ad deum currit. A quo suscipitur cū signis diuine bonitatis. ¶ Primus q̄ mis motus ipsum peccatōre recipit. Que mis est illi ppria cū q̄ sup portat scelera gna peccatoris Quia pctōr statim meretur puniri et publicari: et de esse ad nō esse reduci: tamē ipsū supportat Ber. super Cas. lxxix. Quam benigna est misericordia tua Ego peccabam et tu dissimulabas: nō continebam me a sceleribus et tu abstinebas a verberibus. Secundum signum: q̄ ipm suscipit cum brachijs a pertis. Cum sinistro sue gratie et dextro glie. Terciu q̄ ipm osculat Ber. Oculum pacis a patre accipit: dum per gram certifica de indulgentia et vnde furcas meredat inferni miam dei benigne consequitur. Practica. in verbo furcas. Meretur peccator q̄n it dormitum. q̄ solarium domus sup ipsum cadat: et ipsum cum tota familia destruat. Cōtra illos qui volunt videri miracula. hoc est maximum te supportat. Quartum q̄ magn.

Feria quarta

festum fecit fieri. Primo letatur pater. qz videt filium adoptiuum quem per dederat ad se reuerti. Secundo filius qz videt effectum sue passionis. Tertio spiritus sanctus: qz recuperat templum suum quod amiserat. Quarto angelus. qz sedes vacuas videt reparari. Gaudium est angelis supra. Ad dicuntur gaudere de tam gloriosa visione dei. Nec de sua tam iocunda iubilatione. Nec de sua tam dulci epulatione. Sed de nostra conversione. Quinto sancti Isa. lv. Montes et colles cantabunt coram vobis laudem. i. Trinitas et angelus. Et omnia ligna sylvarum. i. collegium sanctorum plaudent manu. Uerte te ad crucifixum et pete dubium. O bone iesu quare sic peccatore diligis et iustum? Rñdeo qz ratione maioris laboris. habet pñs. viij. Ethl. Qd mater pl^o diligit filium et pater: qz circa illu pl^o laborauit. Propter quod incarnatus est mortuus. crucifixus. quod non est pro iustis quia vt habet theologi. maxime Tho. iij. l. q. i. ar. ij. Quod si non esset peccatum: christus non esset incarnatus. Quamuis Alexander et Bonifacius oppositum dicant. Qd ad nos venisset non vt redemptor: sed vt glorificator: que opinio non tenet ab ecclesia. Iohannes apostolus Ephe. vi. Empti estis pretio magno. Sed quo. Forte argento aut auro. Clama non sed sanguine christi. Unde Dauid. In spiritu preuidens hanc pietatem: clamat anime deuote. Respice in faciem christi tui. Practica cum lacrymis dicendo. Respice videbis christum nasci eiulantem. Videbis illum coopertum paucis pannis in presepio. Videbis illum fugere in nocte per sylvas et boscos ab herode quesitum vt occideretur. Videbis illum in. xl. dierum a natiuitate sicuti pauperem offerri in templo. Videbis ieiunare. xl. diebus et a demone tentari. Videbis a Iohanne baptizari. Videbis per totam iudeam et samariam predicantem. Videbis super fontem lassam aquam petere. Videbis derisum a pharisais. a discipulo traditum: ab alijs derelictum: ad columnam fixum: in cruce clamantem. Pater ignosce illis. Quibus: Iudeis: saracenis: vsurarijs: concubinarijs: sacrilegis: et omnibus in peccato existentibus. O bonitas diuina: o amor inexcogitabilis. quam intimo corde amas ipsum peccatorem: quam tibi milies facit tibi fidas in oculis. Interpone exemplum. f. Constantij. Qui puero asculanum arguit qui volebat quedam fugituum recipere. nisi eius maxima pena. Cui dixit. Adhuc labores non sustinuit pro huius aut: ma sicut christus iesus qui pro illa mortuus est. Quarto probatur exemplo conclusio nostra de Thaya de meretrice peccatissima et formosa que postquam animas multorum illaquearat et dedisset occasionem multis interficiendi semetipsum. Accedite ab eo abbate Paphnutio sanctissimo viro contritionem et compunctionem suorum scelerum habuit. Adhucque omnibus vanitatibus in platea publica vt daret exemplum his cum quibus peccarat. in cellula quoque se reclusit in qua per fenestram paululum aque et panis quibus sustentaretur die qualibet capiebat. Cum ergo tribus annis steteret inclusa. iuit Paphnutius ad abbatem antonium cui multa reuelabantur a deo vt ab eo inquireret si ei de suis peccatis remisisset. Narrata est. f. Antonius conuocatis discipulis precepit vt orarent illa nocte: statimque abbas Paulus maior discipulus Antonij vidit in celum lectum ornatum speciosis ac preciosis vestibus quem tres hygenes sacre facie clara custodiebant. Cumque paulus diceret illam gloriam esse Antonij audiunt vocem dicentes sibi. Non est Antonij: sed Thaydis meretricis. Quod cum mane audisset Paphnutius: cum gaudio discessit. Et cum illam dixisset de cella: superuixit. xv. diebus post quos meretrix quieuit in domino. Practica super homo antonij. vide quod meretrix peccatissima hominem iustum: castum: iustum: Con

risets. a discipulo traditum: ab alijs derelictum: ad columnam fixum: in cruce clamantem. Pater ignosce illis. Quibus: Iudeis: saracenis: vsurarijs: concubinarijs: sacrilegis: et omnibus in peccato existentibus. O bonitas diuina: o amor inexcogitabilis. quam intimo corde amas ipsum peccatorem: quam tibi milies facit tibi fidas in oculis. Interpone exemplum. f. Constantij. Qui puero asculanum arguit qui volebat quedam fugituum recipere. nisi eius maxima pena. Cui dixit. Adhuc labores non sustinuit pro huius aut: ma sicut christus iesus qui pro illa mortuus est. Quarto probatur exemplo conclusio nostra de Thaya de meretrice peccatissima et formosa que postquam animas multorum illaquearat et dedisset occasionem multis interficiendi semetipsum. Accedite ab eo abbate Paphnutio sanctissimo viro contritionem et compunctionem suorum scelerum habuit. Adhucque omnibus vanitatibus in platea publica vt daret exemplum his cum quibus peccarat. in cellula quoque se reclusit in qua per fenestram paululum aque et panis quibus sustentaretur die qualibet capiebat. Cum ergo tribus annis steteret inclusa. iuit Paphnutius ad abbatem antonium cui multa reuelabantur a deo vt ab eo inquireret si ei de suis peccatis remisisset. Narrata est. f. Antonius conuocatis discipulis precepit vt orarent illa nocte: statimque abbas Paulus maior discipulus Antonij vidit in celum lectum ornatum speciosis ac preciosis vestibus quem tres hygenes sacre facie clara custodiebant. Cumque paulus diceret illam gloriam esse Antonij audiunt vocem dicentes sibi. Non est Antonij: sed Thaydis meretricis. Quod cum mane audisset Paphnutius: cum gaudio discessit. Et cum illam dixisset de cella: superuixit. xv. diebus post quos meretrix quieuit in domino. Practica super homo antonij. vide quod meretrix peccatissima hominem iustum: castum: iustum: Con

Audens in hoc q̄ peccator cōuersus est magis dilectus deo q̄ innocens. **Terciu.** r̄c. Tres debet habere cōditiones q̄ sit deo grata. Prima vt sit integra. Qñ dicitur in toto corde: qz Mat. vi. Nemo potest duobus dñis s̄uire: sicut r̄ miles n̄ p̄t habere duas militias vt d̄r. s. Qui militari n̄ p̄t. insti. de mili. test. ne. s. ab vna parte deo fuiat: ab alia p̄cubnam teneat. Sc̄ba conclusio vt sit perpetua Mat. x. Non om̄is qui inceperit: sed q̄ p̄se. vsq̄ in finē hic saluus erit. Et Bern̄. Sola p̄seuerantia coronatur. Et hiero ad furiam. Non q̄runt s̄ xp̄ianis iniuria sed fines. Tercia cōclusio vt sit seruus: qz Eccl̄. iij. Non tardes queri ad dñm. qz d̄r de pe. di. iij. Dubia p̄ntia ad vltimam sententiam delata.

Feria. v. in capite ieiunij. De tarditate bene operandi vel de triplici bello in morte.

Quam introisset

iesus capharnaū. Mat. viij. Audies cēturio xp̄i aduētuz ad eum accessit di. Puer meus iacet in domo para. r̄ ma. Sc̄m sc̄tētiaz Chry. Qñ edictū fuit factum a Cesare Augusto vt tot⁹ mūd⁹ deseriberet. vt d̄r Luc. ij. iudea tñc romanis tributaria facta est. Vñ romani ponebant tribunos r̄ centuriones p̄ toram Cēturio iste a romanis fuit ibi possessus. s. capharnaū q̄ hēbat sub se cētuz milites. hic quēdā fūū sibi gratū habebat q̄ erat paliticus. Paralisis s̄m medicos ē infirmitas q̄ detinet membra dissoluta ne hō possit se mouere nisi moueat. Unde ad iesum accessit petēs vt ip̄m sanaret. Dñe inq̄t puer. r̄c. Cui dñs. Ego ventā r̄ curabo es. Qd̄ x̄bum fuit mire humilitatis glo. Maḡ hūilitas dñi q̄ fūū dignat⁹ est visitare. Moral̄ fūus hic ē pctōr im-mortal̄. De q̄ Joh. viij. Qui facit peccatum seruus est pcti. de pe. di. i. c.

Cōuertimini. Solo em̄ pctō fui r̄ filij diaboli sum⁹ male torquet. r̄ hoc p̄pter p̄sciam remordētē Esa. lxxvi. Ver mis eoz nō moriet̄ in eternū. Sequitur. Dñe nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū: sed tm̄ dic verbo r̄ sanabit puer me⁹. Rōnem reddit. d. Nam r̄ ego hō mo sum sub potestate p̄stitur⁹ habens sub me milites r̄ dico. r̄c. De tercio commendat̄ iste cēturio. Pūmo d̄ hūilitate in verbo. Non sum dignus. Aug. dicendo se indignum: fecit se dignū. Sc̄bo de fide. tantum dic verbo intellexit verū esse illud Eccl̄. vij. Sermo illius potestate plen⁹ est. Et ps. Dixit et facta sunt. Tercio de sapientia. Nā r̄ ego suz sub po. q. d. Ego qui sum purus homo precipio militibus meis r̄ obediūt michi quāto pl⁹ tu infirmitati solo verbo qui de⁹ r̄ hō es r̄ sanabit. Audiens iesus mirat⁹ est r̄ se. se. di. Amē dico vobis. nō int̄. si. in is. Qd̄ verbū triplr̄ exponitur Primo de tpe presenti intelligit: qz in patriarchis r̄ p̄phetis maiorē inuenit fidem: r̄ sp̄ excludas mariam. Sc̄bo mō tantā fidē id est tā facilem Quia apostoli multa signa viderunt Iste vero nullum. Tercio. Tantam fidem. id est tante fidei confessionem. Null⁹ tam apte cōfessus fuerat diuinaz maiestates: qui sub velamine carnis agnouit excellentiam diuinitat̄ Sequitur. Dico vobis multi q̄b̄ oric̄te. r̄c. Applica euāg. De tarditate bñ operandi tria sunt videnda. **Primum** dicitur opinionis. **Secundū** d̄r declarationis. **Terciu** dicit̄ p̄firmationis. **Ad primū.** Querit̄ dubiū. Utrum aliquis permanens toto tempore vite sue in peccatis vsq̄ ad mortē. Infirmatur et clamat ad dominum. Ad misericordiam. mox migrat ex hac luce. an iste sic decedens saluetur: an damnatur. Circa hanc materiam due sūt opinioniones. Una dicit q̄ sic. Alia q̄ non. Prima probat̄ intētum suū triplr̄ ci modo. Rōne auctoritate. exemplo